



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica SS. Trinitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

parva insuper abstinentia cælestes deliciæ promittuntur: *Et pascua inveniet; sicut & David cecinit;* DOMINUS regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocavit. Psal. 22. Postquam igitur exactâ jam pridem Quadragesima septem refectionis hebdomadas nobis pia mater Ecclesia indulxit, libenter denuo amplectamur præscripta jejunia; est enim præceptum hoc perquam tolerabile. Mense V. Disc. 124. pag. 39.

5.

*Ille fur est, & latro. Joan. 10.*

Qui non intrat per ostium sinceræ confessio-  
nis, non intrabit in gratiam Dei, sed cum  
furibus & latronibus tenebras amantibus con-  
demnabitur. Si peccata tua silendo effugias  
notitiam Sacerdotis, non effugies tamen judi-  
cium Dei, qui corda scrutatur & renes. Men-  
se III. Disc. 87. pag. 571. à num. 13. ad fin.

## DOMINICA SS. TRINITATIS.

I.

*Docete omnes gentes, baptizantes eos in  
nomine Patris, & Filii, & Spiritus  
Sancti. Matth. 28. 19.*

De

CONCIONATORIUS. 123

De Mysterio SS. Trinitatis. Mense X. Disc.  
275. pag. 1. usque ad num. 7.

2.

*Docentes eos servare omnia, quæcumque man-  
davi vobis. Matth. 28. 20.*

Adorandam esse SS. Trinitatem, omnes sci-  
mus: ut illud perfectè possemus, dedit Deus  
homini trinitatem in anima, intellectum, vo-  
luntatem, memoriam, quibus potentiis ad e-  
jus cultum uteremur, & aliam perversam tri-  
nitatem reprimeremus, quæ ex peccato nasci-  
tur, concupiscentiam bonorum temporalium,  
voluptatum, & honorum: hæc trinitas nisi vin-  
catur, à Dei mandatis nos revocat, & ab a-  
spectu æternæ illius ac SS. Trinitatis excludit.  
Mense X. Disc. 275. pag. 16. à num. 7. usque ad  
finem.

3.

*Baptizantes eos in nomine Patris, & Fi-  
lii, & Spiritus Sancti. Matth. 28.*

Quàm utilis ac obtentu facilis sit Baptis-  
mus, & quid à Christiano exigatur, ut ei Sa-  
cramentum hoc sit ad salutem. Mense XII.  
Disc. 358. pag. 394.

4.

4.

*Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Matth. 28.

Summus Deus, & supremus omnium rerum ac noster Dominus omni jure à nobis exigit omnem adorationem, cultum, & honorem. Quibus eum ceremoniis ac obsequiis colere debeamus, virtus Religionis nos docet. Discamus ergo ferventer obire, quæ ad religionem ac Dei cultum pertinent, & contraria huic virtuti vitia studiosè devitare. *Mense II. Disc. 50. pag. 325.*

## FESTO S. CORPORIS CHRISTI.

I.

*Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Joan. 13. v. 1.

Potentiæ suæ maximum miraculum Christus patravit, ut suam in mortale genus charitatem ostenderet. *Mense XI. Disc. 310. pag. 80. à num. 7. ad finem.*

2.

*Hic est panis, qui de cœlo descendit.*  
*Joan. 6.*

Mira